



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi
Societatis Iesv**

Cepari, Virgilio

Antverpiæ, 1630

Ratio deprehendendæ diuinæ voluntatis ab eo instituta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

dum transportaretur. Hic verò Deus , orationis sanctioris præsidio,in cognitionem vanitatis mundanæ rerumque caducarum ad ductum , deterritum simul sæculi periculis laqueisque , & ostensâ Religiosi status securitate , exultantem nouis accedit desiderijs, totum se consecrandi vitæ Religiosæ. Ille au-

Morem gerit vocans Deo. tem qui semper internis Dei vocibus morem obsequentissimè gesserat,neque umquam di-

uinis imperijs repugnarat, aurem promptissimè accommodauit tam sanctæ inspirationi ; quinimò studuit salutarem hunc affectum fouere in pectore, quem benignissimus Creator ac Dominus dignatus fuerat in eo inflammare. Hanc ad rem legendis S. Hieronymi epistolis, Vitaque B. Aloysij Gonzagæ,

Ratio deprehendenda diuina voluntatis. fatebatur se plurimum fuisse adiutum : atque epistolæ quidem in eo accenderant vitæ sæcularis deserendæ, Religionisque ineundæ cu-

pitudinem ; Vita autem Aloysij, inflexerat ad eligendam præ reliquis Societatem . Verum vt securius certiusque acquiesceret diuinæ voluntati , tria præterea facere instituit : Primum,auxit orationem, duplicauit asperitates corporis , frequentationemque sanctissimæ Eucharistiae; quin etiam deinde quothebdomidis confessione Communioneque bis ut cœpit, Deum obtestando, vt in id se vitæ genus impelleret , in quo diuinæ suæ Maiestati obse-

obsequium abs se reddi præcipue placuisset. Alterum , cùm in peculio haberet viginti quinque florenos , tres in partes eos diuisit: vnam pauperibus erogauit ; alteram Louanium misit, vt in Æde S. Petri ad aram Marianam certa Sacra fierent ; tertiam in Asperum-collem, ad exorandam, Sacris totidem, beatissimæ Virginis opem, transportari curauit. Illud denique tertium , hanc nouam suam instinctionem vocationemque conscientiæ suæ Moderatori indicauit, implorans opem orationum eius ac directionem ; adeoque se illi totum permisit , vt promitteret, ab eius consilio ne tantillum abiturum.

Breui manifestum exploratumque bono Quibus instrumentis ad Societatem inuitatus.
Iuueni fuit, quod à Deo in Societatem voca-
retur : neque exiguo illi incitamento fuere
vtilitates, quas Societas ipsi Belgio longè ma-
ximas adfert, laboresque quos in reducendis
ad Ecclesiæ Romanæ castra fidemque hære-
ticis suscipit; maiora denique, quæ in vicino
Angliæ Regno à Patribus , cum sanguinis et
iam ac vitæ profusione, carcerum durissimo-
rum squalore , tormentorumque acerbâ per-
pessione , tolerari ac patrari audiebat. Con-
cepto igitur proposito , Deoque factâ sui in Votum concipit ingressi diendi Societatem.
Societate consecrandi oblatione , meriti ma-
ioris ergo ac firmitatis, hoc propositum suum
voto sanxit. Narrat, qui animo eius dirigen-

B 2 do præ-